



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. De discrimine Veteris & Noui Testamenti, quod Paulus Gal. 4. imagine
duaru[m] vxorum Abrahæ illustrat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

à Deo in Ecclesia fiunt, quinque præcipuos finit
 bent. Sunt enim testimonia.

1. Patefactionis diuine.
2. Certitudinis doctrine à Deo tradite.
3. Libertatis & omnipotentie diuine.
4. Promissionum diuinarum, quod sint certæ
 me & immota.
5. Fidei, de qua inquit Epistola ad Ebre. 11. In
 fidem Sara uim concipiendi & retinendi Semini
 cepit, & præter ætatis rationem peperit, quia uer-
 cem iudicabat eum, qui promiserat. Nos igitur
 exemplo commonefacti nobis quoque promissiones
 diuinas fide applicemus, nec dubitemus eorum
 certò responsurum esse, etiamsi cum uisitato
 causarum secundarum pugnare uideantur.

II.

DE DISCRIMINE Veteris & Noui Testamenti.

Galat. 4. splendidiſimè illustrat Paulus doctri-
 nam de discrimine Veteris & Noui Testamenti.
 Allegoria duarum coniugum & filiorum Abraham
 quiens, Abraham habuit duos filios, Vnum ex
 la natum secundum carnem, Alterum ex liber-
 tate secundum promissionem. Hæc per Allegoriam duo
 Testamenta significant, Alterum à monte Sinai in
 tutem generans & c. Nos autem secundum
 promissionis filij sumus. Sed quid dicit Scrip-

Eijce ancillam & filium eius, Non enim erit heres
&c. Proinde fratres non sumus ancilla filij sed libe-
ra. Repetatur autem hoc in loco tota doctrina de
discrimine Veteris & Noui Testamenti, seu de dis-
crimine Legis & Euangelij.

Testamentum in genere est promissio morituri
nuncupantis sua bona heredibus.

Vetus Testamentum est promissio politiae cum
obligatione ad seruandam Legem per Moysen tra-
ditam: Vel est pactum, quo populus Israël ad Le-
gem, & hanc politiam obligabatur.

Nouum Testamentum est promissio Euangelij, in
qua remissio peccatorum, Spiritus sanctus, iusticia
& uita aeterna propter Christum gratis exhiben-
tur, non propter Legem.

Vt igitur Agar ancilla gignit seruum Ismaëlem,
qui non est heres bonorum Abrahae, Sara autem li-
bera iuxta promissionem gignit Isaac heredem A-
brahae: Sic Lex facit seruos peccati & mortis, et ne-
quaquam dat hereditatem uitae aeternae. Euangelion
autem liberat à peccato, ira Dei & morte, ac donat
credentibus nouam & aeternam lucem, sapientiam,
iusticiam, uitam, leticiam, & omnia bona, quae filius
Dei testator nobis legauit, & suo sanguine ac morte
obsignauit.

IIII.

DE MIRANDA DE-
fensione piorum. Vt